quae maxima appellabatur fanumque contiguum 'quae praesenti Herculi Arcas Euander sacraverat' (Tac. ann. 15, 41), monumentaque sunt sacrificiorum a praetore urbano quotannis ibi factorum (cf. not. 2), cf. de Rossi ann. inst. arch. 1854 p. 28 seq.; Iordan Top. 1, 2 p. 481 (accuratius nuper locum definivit Huelsen diss. acad. pontif. archaeol. Rom. scr. 2 vol. 6, 1896 p. 242 seq.). — 1) *Cf. supra N. 3385 not. 3. 4.* — 2) *A praetore urbis quotannis Herculi iuvencam immolatam esse tradit Varro de l. L. 6, 54.* — 3) *De Potitiis cf. Liv. 1, 7, 12. 9, 29, 9. Dionys. 1, 40 cet.*

3403 Te precor, Alcide, sacris, | invicte, peractis |
rite tuis laetus dona | ferens meritis. |
Haec tibi nostra potest | tenuis perferre camena, |
nam grates dignas tu | potes efficere. |
Sume libens simulacra, | tuis quae munera Cilo[1]
aris urbanus[2] dedicat | ipse sacris.

Romae rep. ibi ubi N. 3402, deinde translata in Capitolium (VI 312 vidit Henzen. Buecheler carm. epigr. n. 868). — 1) *L. Fabius Cilo consul suff. a. 193, cf. supra N. 1141. 1142.* — 2) *Intellege: praetor urbanus. Cilonem urbana praetura functum esse, paullo ante a. 193 sine dubio, constat etiam ex aliis titulis eius (not. 1).*

3404 Alcide, sacri generis | decus, hoc tibi | praetor |
et Iovis antistes[1] | dedico Perpetuus[2].

Romae rep. una cum N. 3402, deinde translata in Capitolium (VI 316 vidit Henzen. Buecheler carm. epigr. n. 869). — 1) *Quod sacerdotium significetur, nescio.* — 2) *Fortasse Marius Perpetuus consul ord. a. 237.*

3405 Argive victor | Hercules, |
donum hoc | tibi urbanus | praetor
Veldumnianus | Iunius[1].

Romae, rep. sine dubio ibi ubi N. 3402, quamquam id non traditur (VI 319 vidit Henzen; cf. Buecheler carm. ep. n. 22 p. 853). — 1) *Fortasse Veldumnianus consul ord. a. 272. Ceterum lapidem in fine mutilum esse crediderim.*

3406 Annaeus | Placidus[1] | Herculi | donum | dedi.

Romae in aedibus privatis (VI 271 saepius descripta saec. XV/XVI, cf. Buecheler carm. epigr. n. 21). — 1) *Fortasse is qui memoratur supra N. 1127 fin.*

3407 Herculi in|victo | M. Cassius | Hortensius | Paulinus pr. urb., | XVvir sacris | faciundis, | donum dedi.

3408 deo Herculi | invicto | C. Iul. Pomponius | Pudens | Severianus | v. c., praet. urb.

Romae rep. una cum N. 3402 (VI 318. 317 saepius descriptae saec. XV/XVI).

3409 deo Herculi inv. | M. Iun. Caesonius | Nicomachus Anicius | Faustus Paulinus | c. v., p. u.[1], d. d. *(In latere)* d. d.[2] | XII kal. Octob. | Crispo et Constanti|no Caess. II cons.[3]

Romae rep. una cum N. 3402 (VI 315 inscriptionem lateris descr. Henzen, inscriptionem frontis Iucundus). — 1) *Clarissimus vir, praetor urbanus.* — 2) *Dedicatum.* — 3) *20 Sept. 321.*

archive.org